

		quam primum agerent, fabulam pronuntiarent.	
<i>L. 18,50</i>	325	<i>Saltatores sunt qui in scenicis ludunt.</i> Est autem in artibus spectaculi Liberi et Veneris, que privata et propria sunt scene, de gestu et corporis fluxu	<i>Saltatores in scena ludunt</i>
<i>L. 18,51</i>		dissoluti que ibi vocibus et modis et organis et liris transiliuntur, et Apollinem et Musam, Mercurium patronum habent.	et gestu et corporis fluxu dissoluti vocibus, modis, organis et liris transibunt (sic).
<i>L. 18,52,1</i>	335	In amphitheatro pugnant gladiatores et <i>ibi</i> iuvenes usum armorum diverso modo condiscunt, et modo inter se aut gladiis aut pugnis certantes, modo contra bestias incedentes; ubi non odio, sed premio inlecti subeunt ferele certamen.	In amphitheatrum pugnant gladiatores; <i>ibi</i> armorum usum diverso modo condiscunt; ibi vero inter se aut gladiis aut pugnis certantes, nunc contra bestias incedentes, ubi non odio, sed premio illecti subeunt ferele certamen.
<i>L. 18,52,2</i>		Amphitheatrum dictum, quod ex duobus theatris est factum. Nam amphitheatrum rotundum est; theatrum vero ex medio amphitheatro est semicirculi figuram habens. Genera / gladiatorum plura, quorum primus usus est equestrium. Duo enim equites precedentibus prius signis militaribus, unus a parte orientis, alter ab occidente procedebant in equis albis cum galeis aureis minoribus et <h>abilioribus armis; sicque atroci perseverantia pro virtute sua iniebant pugnam, dimicantes quousque alter alterum morte prosiliret, ut haberet qui caderet casum, gloriam qui perimeret, quia armatura pugnabat Martis Duellii causa. Retiarius ab armature genus est in gladiatorio ludo contra alterum pugnantem ferebat. Occulte rete, quod iaculum appellatur, ut adversarium cuspidem insistentem cooperiret, implicitumque viribus superaret, que armatura pugnabant Neptuno tridentis causa. Secutor ab insequendo retiarius dictus. Portabant enim cuspidem et massam plumbeam, que adversarii iaculum impediret,	
<i>L. 18,53 f. 62^{va}</i>	345		
<i>L. 18,54</i>			
<i>L. 18,55</i>	355		

325–6 *Siehe oben S. 135* 326 autem *K* 327 spectaculi *KN* 329 fluxum 332–3 transiguntur *Isid.* Musas et Minervas *Isid.*: et Minervas *om. KN* 338 modo *K* 342 inlectis 346 usus *K* 348 galeis aureis *K* 351 perhimerit quia] que *Isid.* 352 genere. In *Isid.* 356 portabat *KN*